

*Pius II. an Nikolaus Pomberger, Chorberrn zu Innichen. Er habe erfahren, dass der Brixner Dompropst Jakob Lotter willig sei, aus Brixen zu fliehen und sich wieder in die Obödienz des Papstes zu begeben. Daher überträgt er ihm weitreichende Vollmachten, Lotter von allen Kirchenstrafen zu absolvieren, sobald er zu ihm nach Innichen flieht. Lotter solle auch andere Domherren dazu ermutigen und mit ihnen die Geschäfte des Brixner Domkapitels führen.*

*Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StiB, Cod. Cus. 221 p. 184. Über dem Text: Domino Nicolao Ponperger; missa per d. Petrum Friczler<sup>1)</sup> xxviii decembris.*

Dilecte fili. Salutem et apostolicam benedictionem. Postquam Sigismundus ex principibus Austrie hostiliter fecit insecucionem in dilectum filium nostrum N. cardinalis sancti Petri, episcopum Brixinensem, penas iuris horribiles incurrendo<sup>2)</sup>, intelleximus dilectum filium Jacobum Lucter, prepositum Brixinensem, de hoc grave recepisse displicentiam et, quantum potuit, ipsum Sigismundum et culpabiles vitasse et, dum intelligeret nos interdictum posuisse in Brixina<sup>3)</sup>, ipsum a celebracione abstinuisse et partem iusticie dicti cardinalis, ut tenebatur, fovisse, sed nichilominus ob timorem corporis et rerum nonnulla alia fecisse contra iuris dispositionem et nostras ordinaciones, ob que excommunicaciones et irregularitates incurrit, quodque semper in animo gessit, si quovis modo posset, pocius Brixinam et diocesim dimittere velle quam talibus censuris involutum manere quesivisseque et querente viam, ut abeat, et sue anime salutem procuret.<sup>4)</sup>

Cum igitur nos a dicto cardinali intelleximus condicionem ipsius prepositi ac, quod semper foverit, quantum potuit, iusticiam et apostolice sedis obedienciam et ideo sibi, dum humiliter pecierit, gracie subveniendum dilectioni tue committimus, si dictus prepositus ad te accesserit et se ad puram et perfectam obedienciam nostram et nostrorum mandatorum emissorum et emittendorum obtulerit et ad hoc per iuramentum se astrinxerit, quod tunc tu ipsum audias et de omnibus censuris et penis in forma ecclesie absolvas pro modo culpa iniuncta penitencia salutari ipsumque ad omnia beneficia sua *(h)abilites* et restitas secumque dispenses super irregularitate ob transgressionem nostrorum mandatorum sive per celebracionem divinorum in loco interdicto aut in censuris innodatus contracta sibi ordinum execucionem restituendo et alia faciendo, que ad hoc fuerint oportuna, proviso quod de cetero se a consorio omnium in censuris innodatorum ac locis interdictis abstineat aliosque confratres, quantum poterit, ad idem faciendum et nobis obediendum alliceat et inducat et cum illis concanicis, qui nobis semper obediverant<sup>5)</sup> et se absentarunt a patria et consorio aliorum censuris innodatorum in aliquo loco diocesis Brixinensis, ubi sibi videbitur, capitulum faciat et eos ad illud capitulum, quo ciens sibi visum fuerit, convocet et de rebus ad capitulum spectantibus capitulariter disponat et cuncta ordinet, que ad obedienciam nostram et bonum ecclesie videri<sup>(n)</sup>t oportuna. Datum Rome apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xxvi decembris m cccc lxi pontificatus nostri anno tertio.

9 quesivisseque: *em.* quesivisse que. 13 puram: *em.* pueram. 16 habilites: *em.* habiliteris.

<sup>1)</sup> Peter Frijßlar (Fritzler), *Notar und Gesellpriester zu Brixen; s.o. Nr. 4512 Anm. 5.* Pius II. billigte am 23. Dezember 1460 seine Supplik zum Erhalt der Pfarrkirche beate Marie in Gyla, *Diozese Aquileia (Maria Gail bei Villach in Kärnten), die Jakob Lotter resigniert hatte. Heinrich Pomert fungierte dabei als Prokurator Lotters. Die jährlichen Einnahmen betragen 16 Mark Silber.* S. ROM, Arch. Vat., Reg. Suppl. 535 f. 26<sup>v</sup>; Brosius/Scheschkewitz, RG VIII 682 Nr. 4874. Die Provision wurde am 24. März 1461 unter Dispens von allen Zensuren erneuert; ROM, Arch. Vat., Reg. Suppl. 537 f. 120<sup>rv</sup>. Heinrich Pomert zahlte am 20. März 1460 die Annaten in Höhe von 21 fl.; ROM, Arch. Vat., Introitus et exitus 446 f. 42<sup>v</sup> und 447 f. 41<sup>v</sup>.

<sup>2)</sup> S.o. Nr. 6281 (1460 August 8).

<sup>3)</sup> S.o. Nr. 6293 (1460 August 15).

<sup>4)</sup> Jakob Lotter blieb allerdings in Brixen. A, 1. März 1461 verließ er zusammen mit dem Kapitel Georg Mayr von Enneberg einen Zehnten; Or.: BOZEN, Sta, U 1514 (Lade 63 Nr. 5 B).

<sup>5)</sup> Dies wären vor allem der Cusanus-Neffe Simon von Wehlen und seine engen Familaren Gebhard Bulach und Konrad Bossinger. Darüber hinaus erscheint der Domherr Konrad Zoppot nicht unter den gegen NiK opponierenden Domherren. Vgl. die Appellation Nr. 6273.